





V 882



15

DISSERTATIO INAUGURALIS;  
DE

VSV PRACTICO  
DISTINCTIONISHOMI-  
NUM IN LIBEROS ET SERVOS,

Vom

Rechts-Gebräuche wie man Freye  
und Leibeigene unterscheiden soll.

QVAM

PRAESIDE

DN. CHRIST. THOMASIO, ICto,  
POTENTISSIMI BORVSSIÆ REGIS CONSILIARIO INTIMO, VNI-  
VERSITATIS FRIDERICIANÆ DIRECTORE AC PROFESSO-  
RE PRIMARIO, ET FACVLTATIS IVRIDICÆ ORDINARIO, h. r.  
DECANO.

PRO LICENTIA,

Summos in vtroque iure honores & Priuilegia Doctoralia legitime  
consequendi

IN AVDTORIO MAIORI,

Die 30. Septembr. An. M DCC XI. horis ante & pomeridianis

Publico Eruditorum Examine submiserat

FRID. WILH. von der PORTZEN,

Clivia - Clivenfis.

Recusa, HALÆ MAGDEBVRGICÆ

CVPIB CHRISTIANI LVDOVICI SYMPHERI, ACAD. TYPOGR.

1740.

(7)





DISSERTATIO IN IUS  
DE  
VSV PRACTICO  
DISTINCTIONUM  
NUM IN LIBEROS ET SERVOS

Historie Rechtliche und  
und Rechtliche Unterscheidungen

PRASIDE  
DN. CHRIST. THOMASIO,  
HONORABILISSIMO BORVENSIS REGIS CONSILARIO INTIMO, ENI  
VERSITATIS FRIBURGIANAE DIRECTORE AC PRAESIDE  
RE. PRIMAELIO, ET FACULTATIS IURISCONSULTORUM, P. C.  
DECANO.

PROLICENTIA  
Scripsit in studio iuris honoris & Prinsipis Doctorum legum  
contendit  
IN AUL. LOUIS. AUBERT.  
ERD. WILH. FRIEDR. VON  
CANTOR.

FRIBURG. ACADEMIAE IURISCONSULTORUM, ACADEMIAE







DISSERTATIO INAUGVRALIS,  
DE  
VSV PRACTICO DISTIN-  
CTIONIS HOMINVM IN LIBEROS  
ET SERVOS.

CAPVT I.

Sententia & emendatio iuris  
Romani.

SVMMARIA.

**D**esiderata in titulo instit. de iure personarum, §. 1. Defini-  
tio personæ & status, §. 2. Status homonymia, §. 3. Sta-  
tus libertatis & eius oppositum, §. 4. Libertas & Servi-  
tus quid, §. 5. Seruitus duplex, §. 6. Libertas triplex,  
§. 7. Differentia genuina mancipiorum & Famulorum,  
§. 8. Iura Ciuilia de seruis non confundenda cum iure  
Gentium, §. 9. Iure Gentium serui vel fiunt, vel nascun-  
tur,



zur, §. 10. Iure Romano fiebant vel venditione fraudulenta, §. 11. vel aliis modis, §. 12. Regula iuris civilis Romani de seruis, §. 13. eius explicatio, §. 14. Regula illa sublata non tollitur status seruilis, sed ius Seruorum, §. 15. Vti in Republica Romana factum post introductum Christianismum, §. 16. Coloni, gleba adscripti, veri sunt serui, non liberi homines, §. 17. Quid de seruis mercenariis dicendum, §. 18. In seruorum condicione triplex differentia, §. 19. Error Triboniani non excusandus, §. 20.

## §. I.



Malum omen, quod Tribonianus de iure personarum acturus in institutionibus nec docuerit, quid sit persona, & quomodo vocabulum hoc in iurisprudencia Romana vsurpetur (a), neque genuinam libertatis definitionem tradiderit, per quam liberos a seruis distinguere possis

(a) Est enim personæ vox valde homonyma. Vt enim taceam sensum Comicum, Logice denotat indiuiduum humanum; metaphysice nescio, quid, de quo iam per plura secula cum maximo animi feruore litigatum, sed tamen parum intellectum est. De significato personæ in Moralibus, vide Pufendorffium de I. N. & G. Lib. 1. c. 1. §. 12. seq.



fis (b). Alia vt taceam hinc inde monenda. Ergo licebit eos defectus paucis emendare.

§. II.

Persona hic est homo, consideratus cum statu suo. (c) Status est qualitas moralis hominis, secundum quam iure singulari vtitur intuitu iuris publici vel privati. (d)

§. III.

Status vox vel late accipitur, pro qualibet tali conditione, (e) vel stricte pro statu, cuius mutatio capit

A 3

pitis

- (b) Nam serui vtiq; habent naturalem facultatem eius, quod ipsis facere libet, nisi vi vel iure impedirentur. Et nimis subtile est exugium nonnullorum, quasi scilicet serui non impediantur vi vel iure, sed statu suo & conditione.
- (c) Vnde apparet, qua ratione cum titulo institutionum de iure personarum conueniat titulus Pandectarum, de statu hominum.
- (d) Cum ergo & in iure priuato varii status hominum considerentur, quatenus in regulis de acquirendo, vel conseruando, vel minuendo dominum exceptionem faciunt; constat, commodissime tractatum de iure personarum differri post tractationem de iure rerum & actionum, seu post tractationem de meo & tuo, & modis id perfequendi in iudicio. Set placuit tamen Triboniano de iure personarum agere ante iura rerum.
- (e) Hoc intuitu est vel naturalis vel aduentitius &c. vide Pufen-



pitis diminutionem parit, (f) vt hic. (g) Et tum est triplex, vel libertatis, vel ciuitatis, vel familia. (h)

§. IV.

Secundum statum libertatis homines dicuntur liberi,

---

Pufendorff. *d. L. 1. c. 1. §. 7.* In hac lata significatio-  
ne sumitur in titulo ff. de statu hominum, vbi etiam  
regulæ de iure peculiari masculorum, foeminarum,  
nascendorum, furiosorum &c. traduntur *L. 7. 9. 10.  
17. 20. 26. d. 1.*

- (f) Inde Senatu motus dignitatem magis quam statum mutat §. 5. *de Cap. misit.*
- (g) Nihil enim in institutionibus tractat Imperator, quod ad iura personarum attinet, quam diuisionem in homines liberos & seruos, & in eos, qui sui vel alieni iuris sunt, quorum prior ad maximam capitis diminutionem, posterior ad minimam pertinet,
- (h) Imo ne hæc quidem diuisionem plene exequitur Tribonianus. Omisit enim diuisionem in ciues & peregrinos, quæ ad mediam capitis diminutionem pertinet. Scio quidem, esse, qui excusent Tribonianum, quod hæc diuisio magis respiciat ius publicum. Interim id parum ipsi prodesse poterit, cum in Romano peregrini multa singularia haberent etiam intuitu iuris priuati ratione domini, coniugii, testamenti factionis &c. Vnde hæc excusatio quidem locum habitura esset, si quis institutiones iuris Germanici scriberet, vbi peregrini iura coniugiorum, testamenti factiones &c. habent,



beri, quibus opponuntur serui, (gg) qui intuitu iuris Romani proprie neque statum habent, neque pro personis reputantur. (hh)

§. V.

Cum vero Liberi & Serui a libertate & seruitute dicantur, ante omnia videndum, quid sit libertas, quid seruitus. Libertas est carentia seruitutis. (i) Seruitus est

(gg) Communiter dicitur: secundum statum libertatis homines diuidi in Liberos & Seruos: sed id abusive fit, cum fundamentum diuisionis debeat esse commune vtrique speciei diuisæ.

(hh) Serui habent conditionem §. vlt. hic non statum, argumento t. t. de cap. minut. §. 4. eod. Non sunt personæ, sed res, & pertinent ad iur. ff. de A. R. D. vocantur tamen abusive personæ, quatenus sunt instrumenta Dominorum, qui v. g. obligationem & dominium acquirunt iisdem t. t. per quas personas cuique dominium, item obligatio acquiritur. Item intuitu iuris naturalis & status humani in genere habentur pro personis. Vnde diuerso hoc respectu, modo iniuriæ sunt capaces, modo illis iniuria non fit. §. 2. inst. de his, qui sui vel alieni iur. iuncto §. 3. de iniur.

(i) Non naturalis facultas faciendi, quid velis. Libertas enim, quam hic quærimus, qualitas moralis est, non physica, & præterea humanæ naturæ non repugnat seruitus, etsi haud dubie ante introductam seruitutem omnes homines fuerint liberi. Ita cape §. 1. & 2. h. t. pr. instit. de Libert.



est necessitas faciendi, quod alii velint in suam (k) utilitatem, qui hoc intuitu Domini dicuntur.

## §. VI.

Seruitus est, vel domestica, vel civilis. Ibi mancipia vel famuli seruiunt domino, hic subditi seruiunt Regi, vel Principi absolute imperanti, vel vera Maiestate gaudenti. (l)

## §. VII.

Contra libertas est, vel naturalis, quæ nullum habet oppositum, cum omnis seruitus sit ex institutione humana, vel gentium, quæ oritur ex introductione seruitutis. Et hæc iterum est, vel domestica patrum familias, vel civilis, Regis nempe in Monarchia, Nobilium in Aristocrazia, ciuium in Democratia. (m)

## §. VIII.

- (k) Vnde differt seruitus ab obedientia, quam liberi debent parentibus. Patria potestas enim iure naturæ respicit primario utilitatem liberorum non patris. At in societate herili primario suam utilitatem quærit dominus. Plura ad explicationem vtriusque definitionis facientia quære in Dn. Præsid. *Dissert. de hominibus propriis* §. 35. seq. & 40.
- (l) Maestas enim est summa civitatis ubique potestas. Vnde qui absolute imperat, demum vera maestas gaudet. Adeoque in monarchia vera omnes subditi serui sunt, sed serui civiles. Neque distinctio inter monarchiam & imperium despoticum magni usus est. Omnia hæc latius ostensa sunt *ibid.* §. 39. 44. seq.
- (m) Quod si statim trimembrem libertatis diuisionem dare velis,



§. VIII.

Ad præsentem titulum pertinet libertas & seruitus domestica. (n) Serui domestici sunt vel mancipia, a seruiendo serui, a manu capiendo mancipia dicti, (o) vel famuli, inter quos iure Gentium non alia est essentialis differentia, quam quod mancipia sint in proprietate dominorum, vnde & rebus æquiparantur, famuli vero seruiant absque proprietate. (p)

§. IX.

At legibus & moribus ciuilibus singuli populi communi Gentium iuri vel aliquid addiderunt, vel detraxerunt

B

runt

---

velio, poteris dicere, libertatem esse vel naturalem, vel gentium, vel ciuilem; Nam libertas & seruitus iuris Gentium, plerumque de domesticis dicuntur. Adde ibidem §. 49. seq.

- (n) Ergo peccauit Tribonianus, quod cum definire debuisset libertatem iuris Gentium definiuerit libertatem naturalem, quæ non habet oppositum.
- (o) §. 3. *Inst. hic.*
- (p) Etenim Dn. Præses in *dicta Disput.* §. 23. *seq.* latius probauit, quod differentia inter mancipia & famulos seu seruos mercenarios iure Gentium non sit querenda in conuentione vel captiuitate, nec in iure vitæ & necis, nec in potestate coercendi arctiore aut laxiore, nec in acquisitione dominorum per seruos, nec in eminentia dignitatis vel conditionis, nec in libertate actionum maiore vel minore, sed primario in sola proprietate, & quod mancipia rebus accenseantur, vtpote ex qua etiam reliquæ differentia profuant.



runt in materia seruitutis. Vnde decet iura de seruis & liberis hominibus ex singulorum populorum legibus & moribus deducere, (q) cum facile contingere possit, vt serui vnus populi vtantur in quibusdam tali iure, a quo apud alium populum serui excluduntur.

## §. X.

Iure Gentium communi serui primitus fiunt captiuitate, postea nascuntur ex ancillis nostris. (r) Iure ciuili alii modi superadditi sunt.

## §. XI.

Ita Iure Romano liber homo per venditionem seruus fieri non poterat, neque erat in commercio, (s) et si apud alios populos serui etiam per venditionem aliumue contractum fieri possent. (t) Si tamen quis fraudulentam venditione pretii participandi causa se venundari passus esset, in pœnam libertatem amittebat. (u)

## §. XII.

- (q) Hinc reuera committitur *μυσταβωσις τῶν ἄλλο γένος*, si quis iura vnus populi deducere velit ex iuribus populi alterius.
- (r) §. 4. *Inst. h. t.* §. 17, 19. de R. D. & A. E. D.
- (s) L. 37. ff. L. 10. *Cod. de Liberali causa* L. 13. *princ. ff. ad L. Aquil.*
- (t) Ita apud Hebræos licebat se in seruitutem vendere, vide Seldenum. de I. N. & G. *sec. disc. Hebr. Libr. 6. c. 7. Lenir. c. 25. v. 39. Deut. c. 15. v. 17.*
- (u) §. *ult. h. t.* Requisita pœnæ, si quis se passus sit venundare vid. apud Vinnium *in notis hic.* Paulum Voetium in *Comment. ad d. §. ult.* Exemplum elegans eiusmodi fraudulentæ venditionis tradit Plautus in *Perfa*, vbi Saturionis filia venditur lenoni, ac multæ fraudes ibidem depinguntur, quæ in eiusmodi venditionibus frau-



§. XII.

Sunt & alii modi iuris Romani, quibus quis in pœnam feruus fieret, damnatorum ad metallum, item bestiiis subiectorum. (w) Si libertus ingratus existeret, (x) ex Scto Claudio, quo libera mulier feruili amore bacchata libertatem amittebat, quam pœnam ipse Iustinianus fustulit, (y) adsignatio eius, qui ab alio assertus post cautionem præsitam edictis citatus per annum absens fuerit (z) &c.

§. XIII.

Quemadmodum igitur, quod ad ius naturale attinet, omnes homines æquales sunt, (a) & quoad ius Gentium differentia inter seruos & liberos homines hætenus est indicata, (b) ita quoad ius ciuile Romanum serui pro nullis habentur. (c)

§. XIV.

Intellige, quoad iura ciuium Romanorum, quæ secundum doctrinam communem potissimum consistebant

B 2

bant

fraudulentis occurre solebant. vide Actus 1. Scenam 3. v. 55. seq. Act. 3. Sc. 1. Act. 4. Sc. 3. & 9. Sed hanc pœnam postea iterum abrogauit Leo Imperator, pœnam verberum eius loco constituens tam in eum, qui se venundari passus est, quam in eum qui vendidit. *Constit. 59.*

(w) §. 3. *inst. quibus modis ius patr. pot. toll.*

(x) *L. 6. in fin. de agnosce. Liberis L. 5. de I. patron. L. 7. ad Sctum Silan. & sibi iacob Gothofr.*

(y) *Inst. de Success. sublaris in fine.*

(z) *L. 1. §. 2. C. de assert. tollenda.*

(a) *L. 32. ff. de R. 1. ibique Dionys. Gothofredus.*

(b) *d. L. 32. & sibi Gothof.*

(c) *d. L. 32. & sibi Gothof.*



bant intuitu iuris priuati in iure connubiorum, contractuum & testamentorum. (d) Id est, seruus non habebat uxorem, patriam potestatem, nulla dos aut donatio propter nuptias locum habebat in contubernio. Seruorum, non capax erat seruus Domini aut obligationis, quicquid acquirebat, acquirebat domino, non succedebatur ei ab intestato, nec testamentum faciebat &c. (e)

## §. XV

Cum vero distinctio in seruos & liberos homines fit iuris Gentium, regula autem, quod serui pro nullis habeantur, fit iuris ciuilibus Romani, hinc sua sponte sequitur, quod cessante vel mutata regula illa propterea serui non definant esse serui. (f)

## §. XVI.

- (d) B. Stryk Vt. Mod. *ad tit. de stat. hom. §. 6.* D. Georg. Beyer *ad instit. h. tit. post. §. sed. vide tamen infra c. 2. §. 56. seq.*
- (e) Singula hæc probationibus non habent opus, sed tyronibus constant. Plura huc pertinentia vide apud Wilsenbach, *in Comment. ad d. L. 32.*
- (f) Quia scilicet vt diximus §. 9. ius ciuile addit vel detrahit iuri Gentium vel statui seruili, quem serui iure Gentium habent. Ergo cum ius ciuile multo magis mutabile sit & varians, quam ius Gentium, poterit etiam vnum ius ciuile seruis plura aut pauciora iura indulgere, quam alterum; imo vnum idemque ius ciuile id diuersis temporibus facere potest, &, si faciat, natura rei & sensus communis ostendit, ius seruorum variare, non seruos propterea definire esse seruos. Cape exemplum: Etiam peregrini iure Romano non habebant iura connubiorum, contractuum, testamentorum



## §. XVI.

Non ergo mirandum, quod post introductum Christianismum varia iura ratione seruorum fuerint mutata, (g) tam intuitu constitutionis, quod etiam per conventionem potuerit quis in statum seruilem detrudi, (h) quam intuitu effectus, quod seruis permissum fuerit matrimonium, (i) & quod ipsis licuerit aliquid habere proprium. (k) Propterea tamen non desierant esse serui, sed facti sunt serui alterius generis. (l)

B 3

## §. XVII.

torum: Apud alias vero Gentes diuersum quid obtinuit. Propterea tamen peregrini apud alias Gentes non desierunt esse peregrini, & pro ciuibus fuerunt habiti.

- (g) Vti introducto Christianismo iura aliorum statuum valde alterata fuere, ita idem haud dubie contigit intuitu seruorum. Res digna foret, vt ex codice Theodosiano pariter & Iustiniano fustus deduceretur. Cui intentioni maxime inseruiet *paratitlon* Iacobi Gothofredi ad *Tit. Cod. Theodosiani de fugitiuis Colonis lib. 5. tit. 9.* Sed ista quidem fustus hic docere institutum nostrum non patitur.
- (h) *L. Vnic. Cod. Theod. de his, qui sanguinolentos emtos vel nutriendos acceperint lib. 5. tit. 8. ibique Iacobus Gothofredus.*
- (i) *L. vlt. cod. Iustin de agric. Lib. XI*
- (k) Vid. Iac. Gothofredus in *dict. paratitl. Tom. I. f. 453. versic. vlt.*
- (l) Vnde est, quod serui & coloni nomine sæpius distinguantur. vid. Iac. Gothofred. *D, L. p. 451. Versic. vlt. & p. seq. vers. 1.*



## §. XVII.

Vnde nescio, quid iuris Romani interpretibus in mentem venerit, vt communiter (m) hos colonos, inquilinos, Glebæ adscriptos &c. statuerint esse non seruos sed liberos homines, cum tamen & sæpius serui dicantur, & dominos habeant, & in horum proprietate sint, (n) nec vsquam in iure liberi esse dicantur, (o) sed saltem videri esse ingenuos. (p)

## §. XVIII.

(m) Videantur Doctores communiter ad tit. Cod. de agricolis & censitis, & colonis. Adde Gudelinum de iure Nouiss. lib. 1. cap. 5. Vbi miratur, quod Hugo Donellus dissentiat.

(n) Vid. Iac. Gothofr. d. p. 452. v. 1.

(o) Opponitur quidem L. 2. C. in quibus causis Colon. cens. dominos accus. possunt. Verbis: Coloni censibus duntaxat adscripti sicuti ad his liberi sunt, quibus eos tributa subiectos non faciunt: ita his quibus annis functionibus, & debito conditionis obnoxii sunt, pene est, vt quadam dediti seruitute videantur: Nequaquam vero hic dicitur, quod coloni hi quoad alios liberi sint, vt explicat Dav. Meuius in Bedencken von Bauren c. 1. n. 3. Sed quod ab aliis liberi sint, id est, quod alios dominos non habeant, quam possessores & dominos glebæ; ita quilibet seruus etiam in veteri Republica ante Christianam religionem introductam, eodem sensu ab aliis liberi vocari possunt. Deinde etsi forte occurreret in legibus Christianorum Imperatorum, quod serui hi vocarentur liberi, quis tamen in legibus Christianorum Imperatorum, vbi stylus tumidus ybique regnat, quæreret proprietatem vocabulorum? Sufficit,



§. XVIII.

Ex eadem vero ratione serui omnes mercenarii ferui erunt, nam & hi dominos habent. (q) Sed tamen non ita vocantur? Vbique ab ICTis Romanis. Ergo lis erit saltem de nomine, in quo erimus faciles, modo in re conueniamus. Sunt serui iure Gentium, non habentur pro seruis iure Romano. Imo & secundum ius Romanum dici poterit, eos in feruitute esse. (r) Nec obstat, quod iura pleraque cum liberis hominibus communia habeant, sufficit, quod non omnia, quatenus nempe a dominis differunt, quibus seruiunt.

§. XIX.

Ergo cum in seruorum conditione, hactenus habuerimus triplicem differentiam, cum pace Triboniani notare licebit, falsum esse, quod docuerit, nullam esse differentiam; (s) nam valet saltem hæc assertio

Sufficit, quod Dominos habuerint. Vti vero Poeta dixit:

*Qui Rex est, Regem, Pontice non habeat:*

Sic eodem modo canon hic valet: Quilibet est, dominum non habeat.

- (p) *L. vn. Cod. de Colon. Thracensibus*, verbis: *Licet conditione viderentur ingenui, serui tamen terra ipsius, cui nati sunt existimentur.*
- (q) *Vide supra §. 8.* Dominus & seruus sunt correlata. Horum vno posito, necesse est, vt correlatum adsit.
- (r) *argumento §. 1. inst. de ingenuis.*
- (s) *§. vlt. inst. h. t.*



ferrio de feruis primi generis ante Imperatorem Constantinum M. (t)

§. XX.

Nec excusari poterit Tribonianus, quod, vt diximus ferui mercenarii & famuli iure Romano non habiti sint pro feruis, saltem enim non debuisset omittere colonos & glebæ adscriptitios, qui iure Romano, vt probauimus, & ferui sunt, & sic dicuntur. (u)

- (t) Scilicet quod hi habeantur secundum tradita §. 13. pro nullis, tam intuitu iuris publici quam priuati. Nam ratione officiorum & in his erant multæ differentiæ: Erant enim ferui publici, actores, dispensatores, atrienses, toparii, ordinarii, vicarii, pædagogi, capfarii, mediastini, focarii &c. Erant etiam alio respectu, compediti, vincti, alligati, liberi &c. de quibus vide Paulum Voetium *ad instit. h. t. p. 106.* qui plures citat autores.
- (u) Sed Marcianus tamen ita scripsit *L. 5. pr. de stat. hom.* Vnde hunc paragraphum descripsit Tribonianus. Recte quidem Marcianus. quia eius tempore nondum erant tales coloni & Glebæ adscribiti. Non recte Tribonianus, cuius tempore existebant.



## CAPVT II.

Vfus practicus iuris Romani in foris  
Germaniæ.

## SVMARIA.

**D**esiderata in doctrina Ictorum de vsu practico tituli, §. 1. Distinctio in homines liberos & seruos apud Germanos perpetuo fuit & est in vsu, §. 2. Leges tamen Romana de seruis nunquam, §. 3. Fons errorum communium ignorantia voluntaria & neglectus historia & antiquitatum germania, §. 4. Germanorum serui toto calo diuersi a Romanis, §. 5. Condicio seruorum apud Germanos, §. 6. Serui per alea lusum facti, §. 7. Educatio seruorum cum ingenuis, §. 8. Apud Germanos antiquissimis temporibus homines vel liberi vel serui, §. 9. Modi constituendi primarii, captiuitas & venditio, §. 10. Serui ministeriales seu famuli, §. 11. Serui Francorum sub Merouingis, §. 12. Sub Carolo M. §. 13. Casati & Gasindi, §. 14. Fiscalini, ecclesiastici beneficiarii, §. 15. Liti an serui an liberti, §. 16. Slauici circa seculum X. §. 17. Explicatur Conringius, §. 18. Serui adhuc seculo XIV. §. 19. Error Bodini de sublata inter Christianos seruitute anno 1250. §. 20. Fabule huius origo, §. 21. Cur existentia hominum priorum eam nondum extinxerit, §. 22. Variæ radices huius præiudicii, §. 23. Quod sensui communi repugnat, §. 24. Falsæ rationes huius erroris. Quasi scilicet vitiosa sit origo seruitutis, §. 25. Item quasi inter Christianos sit bellum ciuile, §. 26. Vbi falso supponitur, vnam esse ciuitatem inter principes Christianos, §. 27. Quod inuentum arcanis politicis Papatus est accensendum, §. 28. Cui etiam originem debet dimissio captiuorum accepto lytro, §. 29. Cui accesserunt alia causa intuitu Germanorum, §. 30.

C

Non



Non probatur per illum morem abrogatio seruitutis: (1) quia infideles bello capti sunt serui, §. 31. Non tam iure retorsionis, quam iure belli, §. 32. Neque tamen in his obtinent iura Romana, §. 33. Christiani a Turcis capti etiam apud nos serui sunt, §. 34. Etiam si fictione legis Cornelia & iuris postliminii apud nos non sit opus, §. 35. Etiam si testamenti factio- ne gaudeant, §. 36. (2) quia potius inde probatur, capti- uitatem adhuc esse modum constituendi seruos, §. 37. (3) Quia praeter captiuitatem alii adhuc sunt modi constituenda seruos, §. 38. Quod docent leges imperii seculo XIV, §. 39. & XV, §. 40. & XVII, §. 41. Et adhuc instr. pacis Monast. §. 42. Sunt autem isti modi (1) natiuitas, §. 43. (Cau- tela hic obseruanda. Vna de variatione iurium, §. 44. Al- tera de fontibus decidendi quaestiones controuersas, §. 45.) Eti- am in Germania liberi hominum propriorum in dubio sequuntur conditionem matris, §. 46. (2) Matrimonio, §. 47. (3) Conuentione, §. 48. Etiam tacita, §. 49. Notatur error Georgii Schulzii, §. 50. (4) Praescriptione, §. 51. Iura communia Germanorum circa homines proprios, §. 52. Argumentum dissentientium, qui homines proprios dicunt esse liberos homines, §. 53. Quia videlicet habeant iura connubiorum, contractuum, testamentorum, §. 54. Sed praeterquam, quod hic adhibeatur insufficiens enumeratio iurium communium ciuium Romanorum, §. 55. Respondetur in genere, iura illa connubiorum &c. non probare probanda, §. 56. In specie quoad matrimonia hominum propriorum, §. 57. Quoad eorum contractus, §. 58. Quoad eorum te- stamenta, §. 59. Quod ulterius illustratur, §. 60. Que- relae de seruitia dominorum non probat libertatem hominum propriorum, §. 61. Casus Germanorum, §. 62. An homi- nes proprii? §. 63. Origo consuetudinis, quod famuli ha- biti sint pro hominibus liberis, §. 64. Iura circa famulos seu seruos mercenarios varia in Germania, §. 65. Saep per pra-  
xin



*xin deterior conditio dominorum quam famulorum, §. 66. Rusticorum nostrorum conditio parum differens est a conditione seruorum, §. 67. Iurisdictio patrimonialis est ipsa potestas dominica, §. 68. Et exigua inter illam & hanc est differentia, §. 69. Seruorum Romanorum melior conditio, quam vilis plebis & rusticorum apud Germanos, §. 70. Differentia rusticorum nostrorum ab hominibus propriis, §. 71.*

§. I.

**M**alum omen etiam apud eos, qui hactenus de usu pratico iuris Romani in foris Germaniæ sententias suas dixerunt, quod statim in initio institutionum variis modis impingant, (w) videlicet ideo, quod de usu pratico differere soleant sine certis fundamentis vel iuris gentium, vel iuris patrii, sed vel exteros, vel vnus alterum absque iudicio soleant exscribere, aut ita glebæ iuris Romani sint adscripti, vt non audeant extra terminos artis suæ (videlicet) loqui.

C 2

§. II.

(w) Scilicet, distinctionem hominum in liberos & seruos apud Germanos non habere usum, apud Germanos non dari seruos; seruitutem apud Germanos esse sublatam; nisi intuitu captorum a Turcis: horum intuitu obtinere ius Romanum; nisi quod ciuis noster a Turcis captus possit testamentum facere; homines proprios Germanorum esse liberos homines rusticos nostros esse liberos homines &c. Quæ singula erronea esse docebunt sequentia.



## §. II.

Quamvis igitur fundamenti loco poni soleat, in confesso esse, quod summa illa personarum diuisio, hodie in imperio Romano non amplius vsu seruetur, nobis tamen in confesso id omne esse nequit, quod repugnat rectæ rationi. Quomodo enim distinctio, quæ iuri gentium originem debet, & apud omnes gentes obtinet, apud solos germanos exulare posset vnquam. (x)

## §. III.

Alia est quæstio, an legum Romanarum de seruis sit vsus practicus in Germania & eius foris. Quam cordate negamus, nec vnquam fuisse, nec hodiernum esse, (y) etiam intuitu legum, quæ de colonis & glebæ adscriptis

- 
- (x) Hæc est probatio a priori. Miror, cur Doctoribus non etiam venerit in mentem, non amplius apud Germanos vsum habere distinctionem inter imperantes & subditos, ciues & peregrinos, parentes & liberos, maritos & vxores. Eadem enim & nostræ diuisionis est ratio.
- (y) Quia vt statim ostendemus mores Germanorum circa seruos & olim & hodie a moribus Romanorum perpetuo fuere diuersi. Qui tamen commendant studiosis doctrinam iuris Romani de seruis, ac ea propter etiam in compendiis volunt exponi librum 40. Pandectarum, ob vsum videlicet Theoreticum in explicatione aliarum legum (vt Suendend. in notis ad lib. 40. Compend. Eckholdiani) eos non moror, eum nobis non contradicant, videlicet sollicitis de vsu practico.



ptis disponunt, etsi quoad hos dissentiant communiter. (z)

§. IV.

Sed non mirandum, quod Doctores in hoc capite tam grauitur errauerint; Aperte enim profitentur, quod

C 3 non

- (z) Etsi enim serui Germanorum aliquam habeant conuenientiam cum glebæ adscriptis colonis Romanorum, cum tamen serui Germanorum eam conditionem habuerint antequam ius Romanum Germanis fuerit cognitum, inde leges Romanorum etiam hoc intuitu non possunt præbere argumentum aliud quam a simili. At talia argumenta pertinent ad vsum theoreticum. Vnde non male Meuius in Bedencken von Bauren qu. 1. n. 2. Wie der mehrere Theil deren, so den Titel eines Rechts gelehrten sich anmassen, der Unart ist, daß wenn sie von denen Dingen und Gewohnheiten so in Teutschland sich heutiges Tages begeben, ürtheilen sollen, auf des Römischen Reichs vor Alters gemachte Satzungen und Ordnung alleine sehen, dabey aber vergessen, daß die Zeiten, und mit denen selben alle Dinge veränderlich sind, darum zum öfftern weit verfehlen, und sich stossen; so geschiehet dasselb auch in dieser Materie so die Bauers-Leute, die man zu diesen Zeiten findet, angehet, denen viele alles ohne Unterscheid, was man in iure veteri Romano von dem agricolis, colonis, adscriptitiis, rusticanis und dergleichen Leuten lisset, appliciren, und darnach ihre Meinung richten. In eo tamen fallitur Meuius, quod non obscure supponat, iura Germanorum diuersa a Romanis mutasse dispositionem iuris iustiniani, cum potius eo intuitu id nunquam receperint.



non profit ad doctrinam de vfu pratico iuris Romani in foris Germaniæ, fcire, an vnquam in Germania tales ferui fuerint, quales Romanis legibus defcripti funt. Nobis contra firmiter perfuafum eft, vtiliffimum fore, fi mores priflinos Germanorum circa feruos fundamenti loco pofuerimus, cum in multis conueniant hodierna iura Germanorum in genere, cum antiquis inftitutis ac moribus. (a)

## §. V.

Quemadmodum vero Germanorum in aliis omnibus iuris capitibus diueriffimi a Romanis fuere mores, (b) ita idem etiam in feruis obtinuiffe Tacitus perfpicue docet.

## §. VI.

Seruis igitur Germani non in morem Romanum defcriptis per familiam minifteriis vtebantur; fuam quifque ædem, fuos penates regebat. Frumenti modum dominus aut pecoris, aut veftis, vt apud Romanos colono iniungebat, & feruus hætenus parebat. Cætera domus officia,

- 
- (a) Fuerunt enim Germani valde tenaces morum priflinorum. Et in vniuerfum illa omnia, quæ aliquam videntur conuenientiã habere cum iure iuftiniano. tutius deducuntur ex moribus Germanorum priflinis, quam vt deriuentur a Romanis.
- (b) Quod maxime patet ex toto libello Taciti de moribus Germanorum, vtpote qui eum in finem a Tacito confcriptus eft, & explicari etiam commode ac intelligi nequit, fepofita hac hypotheſi. Vide dictam differt. *de homin. propriis* §. 6.



officia, vxor ac liberi exequabantur. Verberare seruum, ac vinculis & opere coercere rarum: occidere solebant, non disciplina & seueritate, sed impetu & ira, vt inimicum, nisi quod impune. (c)

§. VII.

Porro Germani aleam etiam sobrii inter seria exercebant, tanta lucrandi perdendique temeritate, vt cum omnia defecerint, extremo ac nouissimo iactu de libertate & de corpore contenderent. Victus voluntariam seruitutem adibat, & quamuis iunior, quamuis robustior, alligari se ac venire patiebatur, quam pertinaciam fidem appellabant. Solebant tamen seruos conditionis huius per commercia tradere, vt se quoque pudore victoriæ exfoluerent. (d)

§. VIII.

Cæterum dominus & seruus nullis educationis delictis dignoscebantur; inter eadem pecora, in eadem humo degebant, donec ætas separaret ingenuos, virtus agnosceret. (e)

§. IX.

- 
- (c) Tacitus *de mor. Germ. c. 23*. Vides hic rusticos Germanorum describi a Tacito, eosque vocari seruos, vii & erant. Conf. dictam disputationem *de hominibus propriis th. 67. & 69*.
- (d) *Tacit. c. 24. d. Disput. th. 66*.
- (e) Tacitus cap. 20. Habes iterum conuersationem liberorum ingenuorum cum seruilibus, wie es noch heute auf dem Lande hergehet. conf. *d. disput. th. 68*.



## §. IX.

Scilicet olim apud Germanos in statu Reipublicæ liberæ communis erat distinctio in liberos & seruos. Liberi erant patresfamilias, hodiernis nobilibus in rure degentibus intuitu potestatis domesticæ aliquo modo comparandi: serui erant, quos hodie rusticos dicimus. Ciues municipales & vrbanos, ignoratis vrbibus ipsi ignorabant. (f)

## §. X.

Non vero est dubium, seruos hos Germanorum fuisse maximam partem in bello per captiuitatem acquisitos, seruitutemque ad progeniem seruorum transfuisse. Quia & vti apud alias gentes non prohibita erat alienatio libertatis, ita nec ille modus Germanis fuit incognitus. (g)

## §. XI.

Neque etiam est dubium, quin quibusdam seruis etiam ad ministeria familiæ vfi fuerint. Consistebant autem illo tempore ministeria familiæ fere in pecuaria, agricultura, venatione. (h) Ergo nec famulos ignorauit Germania antiqua, quorum tamen conditio non vide.

(f) d. disput. §. 64. 65. Adde disput. Dn. præsidis de iure dandi ciuitatem §. 6. seq.

(g) De Hebræis iam diximus supra c. 1. th. 11. lit. 2. De Germanis modo §. 7. adduximus venditionem per aleam conf. Paul. Vocet. ad §. 4. Inst. h. t. n. 2. 3. & mox §. 16.

(h) d. disput. de hom. propr. §. 7 Tacitus de morib. Germ. V. 2. 3. XIV-7. XV. 1. seq.



videtur multum diversa fuisse a conditione reliquorum  
seruorum. (i)

§. XII.

Mansit idem status seruorum sub regno Francorum.  
Etenim quod lineam Merovingam attinet, iam illud fal-  
tem adducam, quod Clodovæus primus ex Christianis  
Francorum Rex Alemannos bello subactos grauissimo  
seruitutis iugo subiecerit. (k)

§. XIII.

Carolus M. ex Saxonibus deuictis multos in Gal-  
liam & Belgium compulit, multos reliquit quidem, sed  
conditione seruili affectos. (l) Tantum abest, vt,  
quod nonnulli fabulantur, seruitutem penitus sustu-  
lerit. (m)

D

§. XIV.

- 
- (i) Fuere enim officia vilia. Et mancipia ipsa bello capta a  
Germanis benigniter tractabantur per dicta §. 6. & 8.
- (k) Vid. quos citant B. Hertius *de hom. propriis Sect. 1. §. 1.* Il-  
lustris Cocceius *iuris publ. prud. c. 9. §. 11.* Mulea huc  
pertinentia suppeditebit Gregorius Turonensis. Conf.  
interim dissert. Dn. Præsidis *de origin. feudal. §. 15. lit. c*  
*p. 70.* Potgiesser *de conditione & statu seruorum apud*  
*Germanos L. 1. cap. 2. §. 25. seq.*
- (l) Hertius *ibid.* Nec obstat, quod Carolus M. Saxonibus li-  
bertatem dederit vel reddiderit. Ea enim, quæ in the-  
si dicuntur, intelligenda sunt de Westphalia, quam Ca-  
rolus M. a Saxonia diuulsit & immediate subiecit re-  
gno. Dn. Cocceius *d. l. conf.* Potgiesser *d. tract. l. 1. c.*  
*2. §. 35.*
- (m) Hertius *ibid. not. f.* vbi citat Gryphiandr.



## §. XIV.

Manfit etiam distinctio inter seruos agricolas & ministeriales seu casatos, hodie colaten, & gasindos, hodie gesinde. (n) Vnde bubulci, carpentarii, custodes equorum, ferrarii, molinarii. (o)

## §. XV.

Porro cum Reges non tantum Ecclesiasticis, sed & aliis personis donarent seruos, fiscales, seu fiscalini, qui ad Reges pertinebant, ab Ecclesiasticis seu Ecclesie seruis, & beneficiariis seu priuatorum mancipiis distincti sunt. (p)

## §. XVI

Erat etiam certum genus seruorum, qui liti dicebantur, qui videlicet ob paupertatem vel delictum alteri se in seruitutem mancipauerant, quamuis ab aliis etiam illi referantur ad libertos, ab aliis ad seruos mercenarios. (q)

## §. XVII.

(n) Hertius §. 2. Porgiesser *L. 1. c. 3. §. 22. seq.* Putat equidem Hertius ob tantam seruorum multitudinem obtinuisse, vt serui etiam ad ministeria familiae reciperentur. Sed si de prima origine ministerialium loquitur, non consentimus, ob dicta §. 11. conf. de Merouingis passim Gregor. Turon. Interim non negamus, ministeria istis temporibus fuisse aucta nouis & forte incognitis antea generibus.

(o) Hertius *ibid. in not. fin.*

(p) Hertius §. 3. Porgiesser *L. 1. c. 3. §. 17. seq.*

(q) Hertius §. 4. Porgiesser *d. c. 3. §. 35. seq.* d. Dissert. de hom. propriis §. 23. Inspicienda sunt ipsa verba diplomatum, ex quibus varia excerpta habebis apud Hertium

um



§. XVII.

Circa Seculum X. accessit nouum genus seruorum, qui Salui vocabantur a populis Slauiorum, potissimum ab Henrico Leone, & Alberto Vrfo in seruitutem redactis, & per totam fere Europam dispersis, vnde & apud Germanos totum genus mancipiorum vocantur **Slaven**. (r)

§. XIX.

Quod igitur Conringius (s) scribit, omnes pene seruos per vniuersam Germaniam ex pietatis seruore post annum Christi 900. fuisse emancipatos, non eum sensum habet, ac si seruitus in Germania penitus fuerit sublata; (t) id enim aperte falsum esse ostendit B. Hertius; (u) Sed quod sub Henrici Aucupis imperio ad coercendas vastationes hostium multæ vrbes munitæ fuerint extructæ, eumque in finem serui manumissi. (w)

D 2

§. XIX.

um & Potgiesserum, vbi modo denotant libertos, modo seruos Conf. disput. Dn. Præsidis de *origin. feudat. th. 15. Lit. c. p. 27*

(r) Hertius §. 5. Potgiesser *d. c. 3. §. 57. seq.*

(s) Conring. *de urbibus Germaniæ* §. 81.

(t) Vti Hertius videtur intellexisse Conringium *d. L. sect. 2. §. 7.*

(u) Ibidem.

(w) Fuere etiam manumissiones seruorum ab episcopis Italicis promotæ, partim ex commiseratione erga seruos, inter quos multi ex Italia oriundi erant, partim vt horum manumissorum opera vterentur ad commodas sedes in vrbibus sibi parandas. Vnde suaserunt Germanis, vt multos rusticos eiusmodi manumitterent; vtque



## §. XIX.

Captos in bello, quod Imperator & Papa indixerit, suo adhuc tempore seruos fieri dixere Bartolus & Baldus, qui Seculo decimo-quarto floruerunt. (x)

## §. XX.

Quare multipliciter errauit Bodinus, in libris de Republica scribens, Christianos anno 1250. seruitutem a suis ceruicibus repulisse. Neque enim aliam rationem huius assertionis afferre potuit, quam quod Bartolus, (quem floruisse dicit anno 1300.) scripserit, sua ætate nullos omnino seruos extitisse, quodque Abbas Panormitanus, cum hoc a Bartolo didicisset, singulari nota id dignum existimauerit. (y)

## §. XXI.

Ergo tota illa assertio de abrogata inter Christianos seruitute, quanta quanta est, fabula est. Nusquam enim

---

vtque eo facilius id obtinerent, pro superstitione illorum temporum docebant, manumissiones eiusmodi ad salutem animæ proficere manumittentibus. Vid. dissert. Dn. Præfidis de iure dandi ciuitatem §. 10. 11. 19. 20.

- (x) Hertius *d.* §. 1. vbi tamen dicit, Bartolum floruisse seculo 13. Bartolus natus est. 1313. mortuus 1355. vel 57. Baldus defunctus 1400. Pancirol. *de clar. Leg. interp. L. 2. c. 67. § 70.*
- (y) Bodinus *Lib. 1. de Republ. cap. 5. p. m. 62.* vnde postea Bodinus vt ex dicto loco apparet, in maximis fuit constitutus angustiis, quomodo se ab obiectionibus, de existentia seruorum in Gallia adhuc seculo decimo quarto, liberaret.



enim extat lex seruitutem abrogans. Sed error hic originem debet ICTis Italis iura Romana cum moribus Germanorum confundentibus, & postea, Academiis in Germania ortis, etiam ICTis Germanis, omnes Germaniæ mores cum Romanorum institutis nimis inconuenienter comparantibus.

§. XXII.

Vix credet posteritas, quomodo hic error poterit introduci in animos ICTorum Germanorum, cum homines proprii, *Leibeigene Leute* adhuc hodie in multis locis durantes fabulam illam existentia sua sic resistent, vt pueri id palpare possint. (z) Sed vt vides, præiudicium autoritatis & hic ICTos nostros occæcauit, vt docerent ea, quæ euentissimam contradictionem inuoluunt. (a)

D 3

§. XXIII.

- (z) Nullum fortius argumentum, quam quod in sensus incurrit. Coniuncti de actuali existentia, quomodo dubitare possimus de potentia existendi. Diogenes, cum Philosophus alius defenderet, motum non dari, in auditorio surgens huc illuc ambulauit. Interrogante philosopho, quid ageret, respondit: oppono tibi. Solue hoc argumentum. Annon idem est? defenditur, non dari seruos, & tamen fatemur, uos habere homines proprios.
- (a) Est enim contradictio iuridica, liberum esse & hominem proprium esse. Ein freyer leibeigener, vel ein leibeigener freyer Mensch. Sed tamen hoc vitio ordini nostro verti non debet. Cum eiusmodi contradictiones occurrant in erroribus omnium quatuor facultatum. Nec mirum, cum philosophi hodiernum non sine applausu doceant, sensus falli.



## §. XXIII.

Postquam enim semel Abbati Panormitano creditum fuit, seruitutem inter Christianos esse abrogatam, postquam Icti Itali mancipia Germanorum non seruos appellarunt, sed homines proprios, postquam obseruatum est, homines proprios aliis iuribus gaudere, quam seruos Romanorum sub Imperatoribus, potissimum Ethnicis, crediderunt etiam Icti Germani, doctrinam suam ex lacunis Glossatorum Italicorum haurientes, homines proprios non esse seruos, (b) & adhuc hodie credunt. (c)

## §. XXIV.

- (b) Qui de hominibus propriis & seruitute personali scripserunt Icti, Hufanus, Iacobinus, Bonacossa, Hermannus Stamm, omnes eo vitio laborant. Sed hi etiam apud Germanos in foris hactenus sunt allegati tanquam testes omni exceptione maiores.
- (c) Ipse Dauid Meuius in *Bedencken von Bauers Leuten* ab hoc errore non immunis est. Etsi enim statim initio quaestionis primæ hunc nauum agnouerit, (vide supra §. 3. *lit. Z.*) omnes tamen assertiones suas illustrare voluit ex legibus Romanis & Glossatoribus, nullas fere ex antiquitatibus Romanis. Quare non mirandum etiam, quod & alii hodiernum de seruis Germanorum & hominibus propriis scribentes, vel secure exscribant Bodinum, vel tanquam si res indubia sit, ad eius auctoritatem prouocent. conf. ipsum Hertium *dicta sect. 2. §. 1. Primus*, quod sciam, qui post Dn. Præsidis doctrinam §. 32. *de iure dande civitatis* desipere incepit, est Porgieserus. *d. cap. 3. lib. 1. §. 29. seq.*



§. XXIV.

Sed illa quidem ratio, quod iura hominum priorum in multis differant a iuribus seruatorum Romanorum, non poterat in errore illo tam diu detinere ICTos, si sensu communi saltem vti voluissent. (d) Ergo solum præiudicium autoritatis huius erroris tam pertinaciter defensi feri vnica causa est dicenda.

§. XXV.

Cum igitur abrogatio seruitutis inter Christianos inter somnia vigilantium sit referenda, frustra inquisuerunt interpretes iuris in rationem abrogationis, Compilator iuris Saxonici haud dubie in eo errauit, quod putaverit, seruitutem originem sumfisse ex vi iniusta, (e) cum tamen ipsa distinctio hominum in liberos & seruos etiam in ipso iure Saxonico fundata sit. (f)

§. XXVI.

- 
- (d) Si enim illa ratio aliquid valeret, vt propterea homines proprii non dicendi sint serui, dicendum etiam esset, seruos Germanorum tempore Taciti, non fuisse seruos; dicendum esset, vxores Germanorum non esse veras vxores, quia in multis matrimonia nostra differunt a coniugiis Romanorum, conf. *supra*. §. 3.
- (e) *Lib. 3. art. 42. in fine*: Nach rechter Wahrheit zu sagen, so hat Eigenschaft von Gezwange und Gefängnis, und von unrechter Gewalt ihren Ursprung, die man vor Alter in eine unrechte Gewohnheit gezogen hat, und nun vor Recht halten will.
- (f) *Lib. 3. art. 32. item art. 69.* Urtheil sollen Sie finden nächstern über ieglichen man, er sey eigen oder frey,



## §. XXVI.

Neque tamen propterea exhibendus est compilator iuris Saxonici, sed barbarie seculi sui facile exultationem merebitur. Neque etiam melior est ratio Ictorum, qui in clarissima luce adhuc tenebras amant, rationem videlicet, cur Christiani non possint per captiuitatem Christianorum serui fieri; illam proferentes, quasi bella Christianorum sint plus quam ciuilia, quia omnes sint in Christo fratres; quasi in Christo capite membra vnius corporis simus, & Ecclesia Christianorum vna sit & vulgo credatur ciuitas. (g)

## §. XXVII.

Et eo magis hodie pudore affici deberemus, pro-uocandi ad rationem tam ineptam, cum iam ante 60. annos falsitatem asserti illius, quod Christianorum sit vna ciuitas, agnouerit Arnifæus, (h) neque curare debeamus hodie istud vulgus, quod olim talia credidit in Papatu.

## §. XXVIII.

- (g) Albericus Gentilis *de iure Belli lib. 3. cap. 9.* vbi plures citat. Adhuc alios Auctores citat B. Strykius *in usu mod. ad tit. de statu hominum. §. 2.*
- (h) *De Rep. lib. 1. c. 3. Sect. 7. n. 9. & 10.* Quodsi, ait, a bellorum ciuiliu iure ad bella Christianorum argumentari liceret, demonstrandum foret, Christianos concludi in vnam ciuitatem politicam. Nam bella geruntur non a ciuibus Ecclesie, quatenus talibus, sed a ciuibus Rerumpublicarum mudanarum, in quas quia varie descripti & diuisi sunt Christiani, salua fraternitate spiritali, politico Gentium iure erga se uti possunt, & seruitutes inter se constituere.



§. XXVIII.

Et oportet hodie nares valde obefas habere, si quis non sentiat, quid Pontifex & Doctores Pontificii illa euidenter falsa assertione intenderint, scilicet Papam tanquam vicarium Christi esse caput Principum Christianorum, hos vero esse si non subditos Pontificis, saltem eius directioni subiectos, vti membra reliqua humana diriguntur a capite. Et tamen Protestantes Icti, hodieum illud arcanum Politicum nondum olfaciunt: (i)

§. XXIX.

Eti vero tandem Pontifex & eius asseclæ persuaserint Principibus Europæis, vt alios Christianos bello captos non amplius in seruitute detinerent, sed lytro accepto dimitterent, non tamen credendum est, istum morem iuri Gentium adscribendum esse, (k) aut pietatis inuitu fuisse introductum, alias enim & bella debuissent inter Christianos abrogari. (l) Sed, vt diximus, occasionem dedit superstitio & arcanum politicum Patrus. (m)

E

§. XXX.

- 
- (i) Vnde nec vitio vertendum erit Arnisæo, quod in *d. l.* pergat, pietatem, & iusticiæ moderatricem æquitatem suadere, vt Principes Christiani alios Christianos in bello captos non faciant seruos.
- (k) vid. Beat. Hertium *Diff. de Litro Sect. 1.*
- (l) Recte Arnisæus *d. Sect. 7. n. 8. in fine.* *Vbi iustum bellum, ibi iusta seruitus, quia victoria iusta tradit omnia in manus victoris, tam corpora quam bona.*
- (m) Conf. Hertium *d. Sect. 1. §. 8. p. 238. & §. 9.*



## §. XXX.

Accessit interesse particulare ipsorum germanorum, inter quos temporibus interregni & subsequenter seculis, antequam pax profana firmiter constitui posset, perpetua erant bella vere ciuilia. Adde, quod, cum singuli fere status, cum singulis bella gererent, serui capti facile aufugere & ita non commode amplius seruari & custodiri possent. (n)

## §. XXXI.

Sed neque tamen iste mos dimittendi captiuos dato lytro probat, seruitutem hodie apud Germanos esse sublatam, quia primo valet adhuc modus constituendi seruos per captiuitatem, intuitu Turcarum aut aliorum infidelium in bello captorum.

## §. XXXII.

Et quidem, quod Turcæ, Æthiopes, Tartari a Christianis bello capti, hodiernum serui fiant, nolim ex æquissimo rectorionis iure deriuare, (o) sed potius ex iure belli antiquissimo, & quia hi non ita facile aufugere & se in libertatem vindicare possunt.

## §. XXXIII.

Propterea tamen non fiunt serui Romani, & falsum adeo est, quod Romanorum iura de seruis in Turcis nostris bello captis locum habeant, (p) cum multa  
eius

- 
- (n) D. disput. Dn. Præsid. *de homin. propr.* §. 80. quamuis has causas non memoret Hertius *d. l.*  
 (o) Conf. B. Strykium *cit. loc.* §. 3. & 4.  
 (p) Nisi quatenus repetant communissimos mores iuris Gentium.



eius iuris capita ad statum Germanorum plane non quadrent. Neque enim Turcæ capti ita comparati ſunt, vt per eos multa acquirere poſſimus, multo minus, vt heredes inſtituantur, neque peculiorum apud Germanos vſus eſt: neque actiones noxales ad eos applicari poſſunt, quia ipſæ actiones directæ ceſſant. Neque ſubtilitates ædilitiæ edicti circa venditionem mancipiorum ſunt in viridi obſeruantia, neque modi manumittendi Romanorum a nobis vſurpantur, nec ius Patronatus Domino manumittenti multum prodeſſe poterit, & quæ ſunt ſimilia. (q)

§. XXXIV.

Cum vero Chriſtiani a Turcis capti ex eodem iure Gentium ſiant ſerui, & ratio iuris Gentium velit, vt eiſmodi ſeruorum iura, quæ apud ſuos ciues habebant, maneat in ſuſpenſo, ac reſtituantur iis poſt reditum ex captiuitate, hinc nulla ratio prægnans ſubeſt, cur Chriſtianos eiſmodi captiuos velimus pro hominibus liberis apud nos habere. (r) Neque enim timendum eſt cum Covarruuiæ, (s) quod ita afflictis addatur afflictio, non magis ac ſi ibidem ægrotantes habeamus pro ægrotis. (t)

E 2

§. XXXV.

- (q) Latius iſta deduxit Dn. Præſes *diſp. variar. Hiſt. iurid. diſp. 6.*  
 (r) Schilter. *Ex. 3. ad ff. th. 2. 3. B. Strykius in Vſ. mod. d. l. §. 4.*  
 (s) Locum Covarruuiæ referunt autores modo citati.  
 (t) Oſtendit autem d. locus Covarruuiæ, quod fundamentalis



## §. XXXV.

Quod vero intuitu Christianorum a Tureis captorum non opus sit fictione legis Corneliæ, aut iuris postliminii, id non probat, eos apud nos pro seruis non haberi: (u) Nam vti ex parte eorum, qui nobiscum sentiunt, nostra sententia non probatur per eam observationem, quod per leges Germanorum non sit derogatum legi Corneliæ & iuri postliminii, (w) ita dicta  
§. præce-

talis error huius auctoris in eo constiterit, quod putaverit, omne bellum Turearum contra Christianos iniustum esse quia iniuste detineant terras Christianorum. Vnde illa ratio de non addenda afflictione afflictis saltem vtcunque connexa est cum aliquo fundamento, etsi erroneo. At cum istam hypothesin de bello Turcarum semper iniusto ipse Schilterus non habeat pro sufficiente *d. th. 3.* & eius insufficientiam satis emphatice ostenderit Arnisaus *d. Sect. 7. n. 8.* & nemo sana mente præditus eam apud Protestantés serio defendere possit, sed quilibet facile intelligat, & illam pertinere ad Arcana Politica Papatus, quibus vsus est in introducendis & commendandis cruciatis, quarum tamen noxam, quam dederunt Imperio Germanico, hodie omnes pene Protestantés agnoscunt; hinc ratio illa de non addenda afflictis afflictione, apud nostrates tanquam omni plane connexionione destituta, non potest non euadere ridicula.

- (u) Vti tamen Schilterus *d. §. 3.* videtur argumentari.  
(w) Nam hic recte responderet Schilterus *ibid. §. 2. lit. b.* non opus habere derogatione legem Corneliam Romanorum



§. præcedente docent, quod Christiani a Turcis capti serui sint, etiamsi iure Gentium iura eorum apud suos conciuēs sint in suspenso. Vt ita lege Cornelia & iure postliminii non habeant opus. (x)

§. XXXVI.

Sed tamen vrgent dissentientes, capti a Turcis Christiani habent testamenti factionem. (y) Respondeo (1) & hanc assertionem petere principium & rectius negari ab aliis, (z) quia in materia testamentorum haud dubie sequimur ius ciuile, quatenus id non contradicit iuri Canonico. (a) (2) Etiamsi demus, quod habeant testamenti factionem, tamen exinde non probatur, quod apud nos pro seruis non habeantur, quia

E 3

etiam

---

rum & ius postliminii, quia apud Germanos nunquam fuerint recepta. Fictiones item legis Corneliae vt & iuris postliminii esse inuenta iuris Romani; at Germanos in materia seruitutum magis fuisse secutos mores simplices Gentium.

- (x) Ergo Schilterus, (& qui cum eo sentiunt,) ex sua propria obseruatione adducta *in lit. præced.* capiet respon-  
sionem ad obiectionem formatam.
- (y) Vide B. Stryk. *Vf. mod. d. l. §. 4.*
- (z) Vt a Stammio, *de Seruit. person. L. 1. c. 4. §. 7.* Kulpifio  
*de adoptionibus Imperii §. 4. p. 6.*
- (a) At iure ciuili Romano capti ab hostibus non habent te-  
stamenti factionem. Nec contradicit hic ius Canoni-  
cum. Vt taceam, casum non esse dabilem, vt Christi-  
anus captus a Turcis testamentum condat solennitati-  
bus a iure ciuili requisitis.



etiam serui Germanorum saluo statu seruili testamenti  
factionem habere possunt, vt patebit ex infra dicen-  
dis. (b)

## §. XXXVII.

Deinde secundo (c) tantum abest, vt dimissio ca-  
ptorum in bellis Christianorum cum Christianis accepto  
lytro probet, sublatum esse modum seruos constituendi  
per captiuitatem, vt potius inuertamus argumentum, &  
ex ipso iure postulandi lytrum ab eiusmodi captiuis pro-  
bemus, eos per captiuitatem seruos euasisse. Nam & apud  
Romanos & alias Gentes aliquando in vsu fuit, eiusmodi  
seruos captos dimittere soluto lytro. (d)

## §. XXXVIII.

Tertio, posito etiam, quod per dimissionem ca-  
ptiuorum dato vel promisso lytro probetur, captiuitatem  
non amplius hodie esse modum constituendi seruos, pro-  
pterea tamen non poterit exinde probari, seruitutem pla-  
ne defuisse apud Germanos, quia præter captiuitatem adhuc  
sunt alii modi, quibus serui aut nascantur, aut fiant. (e)

## §. XXXIX.

Probatur hæc assertio initio per ipsas leges & con-  
suetudines Germaniæ. Nam adhuc Seculo 14. in Caroli  
IV. Aurea Bulla & Seculo 15. in Bulla Aurea Sigismundi  
multa disponuntur de Pfalburgeris in præ iudicium Domi-  
norum

(b) Vid. *infra*. 57.

(c) Connexionem quære *supra* §. 32.

(d) Vid. Hertius *sect. 1. de Lytro* §. 12.

(e) Vide *cap. 1. §. 10. 11. 12.* Obseruauit hæc responsio-  
nem iam Arnisæus *d. l. 1. Sect. 7. n. 10.*



norum non recipiendis. Est inter eas constitutiones & illa, ne homines proprii in ciues recipiantur, secus si factum fuerit, vt liceat Dominis vindicare eos intra annum, quæ vindicatio vocatur *das Besatzungs-Recht, Satz-Recht.* (f)

§. XL.

Dispositum etiam legitur in variis ordinationibus adhuc seculo 15. editis, quod scabini non creari potuerint homines proprii, vnde toties fit mentio in Speculo Saxo-nico *Schöppenbar freyer Leute.* (g)

§. XLI.

Porro disceptatio superioris seculi inter Electorem Palatinum & alios status Imperii super Wildfangiatu, laudo Hailbrunnensi composita, docet, quod in Palatinatu extra legitimum matrimonium nati, aliique aduenæ, qui ibi ac in vicinis quibusdam locis per annum & diem substerunt, proprii homines & quidem eo fere modo fiant, quo fera bestia capitur, vnde & talis homo *ein Wildfang* dicitur. (h)

§. XLII.

Nouissime instrumentum pacis Westphalicæ durationem seruitutis eiusque vsum practicum in Germania memorat, dum iubet, quod subditi diuersæ religionis a religione

(f) Dattius *de pace publica part. 1. c. 14. n. 96. seq.* Adde Wenckeri *tractatum de Pfallburgeris.*

(g) Dattius *d. l. part. 4. cap. 3 n. 42. fol. 742.* Adde ius provinciale Saxonicum *lib. 3. Art. 81.*

(h) B. Strykius *Vf. mod. ad tit. de stat. hom. §. 12.*



gione domini, spontaneam suscipientes emigrationem *seruitutis* aut vlllo alio prætextu impediri non debeant. (i)

## §. XLIII.

Vt autem de singulis ipsis modis constituendi seruos præter captiuitatem notabiliora quædam addamus, constituuntur etiam natiuitate homines proprii in Germania perinde vt apud Romanos, quia hic modus iuris Gentium est, sed de eo tamen dissentiunt Dd. an partus apud Germanos sequatur conditionem patris an matris?

## §. XLIV.

Ad quam, antequam respondeam, nota duas cautelas, non in hac solum, sed & in sequentibus quæstionibus subinde obseruandas. (i) Variare insigniter iura prouinciarum Germaniæ circa seruos seu homines proprios, adeoque quæ in vna prouincia hoc modo obtinent, aliter obseruari in alia, vt vix possit vniuersalis responsio dari ad quæstiones propositas. (k)

## §. XLV.

(i) Instr. pacis Monast. art. 5. §. 57. in fine.

(k) Ius Saxon. prouinc. Lib. 3. art. 42. Nun so last euch nicht wundern, daß diß Buch so wenig sagt von Dienstleutrecht. Denn es ist also mannigfalt, daß niemand sein zu Ende kommen kan noch mag. Denn unter ieglichen Bischoffen und Epten und Eptisin haben die Dinstleute sonderlich recht, und darum kan ich hie diß alles nicht entscheiden. Errat igitur Hertius de homin. propr. sect. 2. §. 1. asserens, ideo in iure Saxonico adeo pauca de seruorum conditione tradi, quia illo tempore iam desierint esse serui, aut quia in d. art. 42. tanquam ratio addatur, da mau das Recht zum ersten setzte, da was kein Dienstmann etc.



§. XLV.

(2) Quæstiones de iure circa servos vel homines proprios vel rusticos Germanorum non definiendas esse ex legibus Romanis, sed ex legibus aut moribus Germanorum. (l)

§. XLVI.

His ita suppositis, etsi Meuius circa hanc quæstionem pro regula supponat, quod liberi hominum propriorum sequantur conditionem patris, (m) cum tamen rationes decidendi petat ex legibus Romanis, & constitutionibus Imperatorum Græcorum, potius in dubio præferenda est sententia contraria, quod matris conditio præferenda sit, ut quæ & iuri Gentium, (n) & principiis iuris Germanici conuenientior est. (o)

F

§. XLVII.

(A) Ob rationes iam supra indicas §. 3. Opus erit hac cautela maxime circa consilium Meuii de rusticorum statu, cum tantum non ubique leges Romanas & glossatores alleget. Vnde magis commendari & Meuius præferri meretur Hertius, qui in dissert. de hominibus propriis rationes decidendi ex fontibus genuinis petiit.

(m) Meuius in *Hedenden von Bawen. qu. 2. n. 21. seq. 34. seq.* etsi varias limitationes ibidem addat,

(n) Vide modo dicta *th. 44.*

(o) Hertius *de homin. propriis Sect. 3. th. 4.* *Bayrisch Landrecht th. 4. art. 5.* Wenn beyde Eheleut eigen, sollen die Edhne der Mutter, die Töchter aber dem Vater nachfolgen. Item *art. 8.* Ist der Vater frey und die Mutter leibeigen, so sind die Kinder auch leibeigen. Ist dann die Mutter frey, und verheyraethet sich unwissend zu einen leibeigenen Mann, so sind die Kinder auch frey. Thäte sie es aber wissentlich, soll sie und



## §. XLVII.

Porro cum homines proprii Germanorum etiam contrahant matrimonium iure ecclesiastico firmum & indissolubile, ratio postulauit, vt & matrimonium sit modus constituendi hominem proprium, qui antea talis non erat, siue liber sciens duxerit ancillam, siue libera sciens nupserit homini proprio. (p)

## §. XLVIII.

Constituuntur etiam pactis & conuentionibus homines proprii, idque iure Germanorum vetustissimo, vt iam supra diximus. (q) Olim etiam ex nimia deuotione aut potius superstitione liberi homines se addicebant in feruitatem, videlicet Clero, Ecclesiis & Monasteriis. Tantum vero abest, vt vnquam communibus Germaniæ (r) mo-

und ihre Kinder für leibeigen gehalten werden. Vnde dixi *in dubio*, vbi enim contrarium receptum est, ex ratione ciuili recessum est a regula iuris Gentium, quod partus quoad dominium sequatur ventrem.

- (p) Conf. modo dicta ex iure Bavarico. Adde Meuium *d. qu. 2. n. 144. seq.* Maior difficultas est, si homo proprius alterius domini, duxerat ancillam alterius domini, siue domino sciente, siue inscio. Vid. Meuius *ibidem n. 158. seq.* vbi tamen magis placet sententia eorum, qui putant, dominum scientem & tacentem aut consentientem, siue sponsi siue sponsæ amittere dominium suum, si alter dominus non pariter consenserit. Etsi dissentiat Meuius *n. 177.* Adde Hertium *sect. 1. §. 4.*
- (q) Supra *th. 10.*



(r) moribus leges Romanæ de prohibita sui ipsius venditione in seruitutem fuerint receptæ, vt adhuc hodiernum liceat se alteri, vt hominem proprium vendere, quin & in quibusdam locis ob debita contracta obtinet mancipatio in seruitutem. (s)

§. XLIX.

Quid quod & tacita conuentio hic sufficit, v. g. habitatio per annum tempus, vbi ius Wildfangiatus obtinet. Ita etiam in Alguouia, vbi obtinet prouerbium: *Die Lust macht leibeigen.* (t)

§. L.

Quare errant, qui incaute sequuntur Georg. Schultzium, (u) ac si iure Saxonico dispositum sit, quod nemo se possit in seruitutem vendere, neque enim textus allegati id probant. (w)

F 2

§. LI.

(r) Vnde non obstat, quod Carolus Caluus interdixerit Francis, ne se in seruitutem addicant. Vide Capit. Caroli Calui *tit. 36. §. 34.*

(s) Hertius *d. Sect. 1. §. 4. & Sect. 2. §. 3.* Meuius *d. qu. 2. n. 46. seq.*

(t) Hertius *d. Sect. 3. §. 3.*

(u) *In Synopsi instit. ad h. t. lit. b.*

(w) Prouocat equidem ad textus Weichbild. *art. 2 & Landrecht lib. 3. art. 42.* quorum ille ex hoc defunctus est. Vtrobique ita dicitur: Wir haben auch noch in unsern Rechten, daß sich selber niemand zu eigen geben möge, seine Erben wiederreden das wohl. Sed vt taceam, compilatorem iuris Saxonici in illo articulo toto de origine & moralitate seruitutis pro barbarie Seculi illius, misere errasse, vt ex parte iam *supra §. 26.* notatum est; conferen-



## §. LI.

Quin & præscriptione constituitur seruitus apud Germanos, quorum proprie referenda sunt, quæ modo (x) de conuentione tacita diximus. Secundum principia equidem iuris Germanici regulariter præscriptione annua. (y) Postreceptum tamen ius Romanum eiusque mixturam

ferendus est hic locus cum alio magis perspicuo *cod. lib. 3. art. 32.* Wer sich frey nennet, und daß ein ander spricht, er sey sein eigen, also daß er sich ihm ergeben hat, das mag jener mit seinem Eyde wohl unschuldig werden. (Ergo nisi reus se purget iuramento, valebit illa conuentio, etiam extraiudicialis,) es sey dann für Gericht gesehen (tum valet hæc conuentio & hic adeo habes regulam, iam sequitur exceptio.) Wenn sich vor Gericht jemand zu eigen giebt, sein Erbe mag es wohl wieder sprechen mit recht, und ein jeglicher sein Freund, und ihn wiederbringen an seine Freyheit. (Non quod ipsa conuentio sit ipso iure nulla, sed ne quid fiat in fraudem legis prohibentis, ne quis bona sua per donationem in alterum transferat, nisi indicialiter, & cum consensu heredis ab intestato per textum expressum *Lib. 1. art. 52. ab initio.*) Behält ihn aber der Herr, dem er sich gab bis an seinem Todt (sine contradictione heredis) er (Dominus) nimmt sein Erbe nach seinem Todt, und seine Kinder, ob sie nach ihm gehören, die er gewonnen, nachdem das er sich ihm ergab. Ex quibus vltimis verbis iterum patet, quod additio voluntaria in seruitutem fuerit licita & effectu suo non destituta.

(x) Vide §. 50.

(y) Meuius *d. qu. 1. n. 104. seq.* vti de Palatino Wildfangiatu nullum est dubium. Adde, quod iure Germanico

res



mixturam cum iure patrio pro diuersitate circumstantiarum modo decennio, modo tricennio. (z)

§. LII.

Quod igitur vsus distinctionis in liberos & seruos intuitu Germaniæ attinet, etsi confusio interpretum iuris & aliæ rationes effecerint, vt conditio hominum propriorum, pro diuersitate locorum variet, adeoque in genere vix aliquid certi de iis dici possit, (a) in sequentibus tamen punctis plerisque in locis conueniunt. Non possunt pro lubitu matrimonium inire, sed ex consensu Domini: Obligantur Domino ad operas præstandas, Frohndienste: Item ad pensiones alias in Gallinis &c. Non sibi sed dominis possident prædia: Conuentione vel vltima voluntate ad alios possunt transmitti: Domini iis mortuis ex eorum hereditate, præcipuum sibi vindicant: Denique possunt vindicari a dominis, & manumitti. (b)

F 3

§. LIII:

- res mobiles præscribantur anno. Sic & iure Canonico, quod diu ante ius civile obtinuit in Germania, libertas præscribitur anno, C. si seruus sciens 20. dist. 54.
- (z) Meuius ibid. n. 111. seq. Bayrisch Landrecht tit. 4. §. 10. Wenn jemand nicht weiß, daß er leibeigen, aber der Herr solches, wo der leibeigen sich aufgehalten, wohl weiß, und dennoch das Leibgeld in dreyßig Jahren nicht eingefordert, oder eingenommen, der soll für frey passiret werden.
- (a) Vide §. 45. Wehnerus voce Leibeigenschaft. Hertius Sect. 2. §. 2. in notis. Meui. qu. 1 n. 11. item n. 29. seq.
- (b) Hæc singula latius exposuit Hertius Sect. 3. §. 3. seq. Variaciones iurium circa homines proprios præcipue respiciunt quæstiones speciales circa illa summa capita in thesi recensita. Ita quidem v. g. in genere homines pro-



## §. LIII.

Quamvis autem iam supra (c) fuerit monitum, contradictionem inuoluere illam assertionem, quæ homines proprios vult esse liberos homines, adeoque frustraneum esse videatur, respondere rationibus eorum, qui probare volunt, contradictoria esse vera, ne tamen vlla causa conquerendi iisdem culpa nostra etiam leuissima relinquatur, age videamus, quid pro iis afferatur, & respondeamus.

## §. LIV.

Probant igitur libertatem hominum propriorum exinde, quod participes sint eiusdem iuris communis cum aliis ciuibus Romanis, quod de seruis penitus asseri nequeat (d) Participationem vero iuris communis constituunt in iure connubiorum, contractuum & testamentorum, quæ singula hominibus propriis competere fusius monstrant. (e)

## §. LV.

Hic antequam respondeamus, liceat melioris illustrationis gratia rationem inquirere, cur dissentientes ius comune liberorum hominum præcise in his tribus constituant, iure videlicet connubiorum, contractuum, testamento-

---

proprii alienari possunt a Dominis, sed an soli absque prædiis, an solum cum prædiis alienatio fieri possit, variat praxis in foris Germanorum, quæ variatio vel variantibus moribus Germanorum ipsorum, vel confusio doctrinæ iuris Romani de colonis & glebæ adscriptitiis, cum moribus patriis, est adscribenda. Conf. Meuium qu. 2. n. 91. seq.

(c) Supra §. 23. seq.

(d) L. 32. d. R. i.

(e) Confer. supra cap. 1. §. 14.



mentorum, cum tamen nobis non deprehendere licuerit autorem fide dignum, qui pro hac sententia allegari possit, (f) & præterea nullum sit dubium, quin iura communia ciuium Romanorum etiam intuitu iuris priuati in aliis capitibus pluribus constiterint, v. g. in ipso statu libertatis, connubiis, patria potestate, iure legitimo dominii, vt hereditatis; mancipii & nexus, vsucapionis & reliquorum, item in iure testamentorum & tutelarum. (g) Vt taceam quod iura contractuum magis sint communia omnibus hominibus, quam propria ciuibus Romanis, cum pacta seruare sit præceptum iuris naturæ, & contractus plerique etiam in iure Romano sint iuris Gentium. (h)

§. LVI.

Iam vero facile responderi potest, iura connubiorum, contractuum, testamentorum, in quæstionibus de statu libertatis aut seruitutis incongrue plane afferri, cum hic primario respiciendum sit, an quis dominum habet nec ne, an quis in alterius proprietate sit nec ne, iura vero illa memorata accedant vtrique statui, ita vt possint adesse & abesse, ac propterea non liber esse desinat, qui iura

(f) Neque enim pro hac sententia vllum autorem allegant ipsi dissentientes.

(g) Carolus Sigonius *de antiquo iure ciuium Romanorum lib. 1. cap. 6. ab init.* Dempsterus *Antiq. Roman. lib. 10. cap. 22. p. m. 1002.* Vinnius *in notis ad Inst. de Libertin. §. 3.* Iacob Oiselius *ad Instit. Cæii lib. 1. tit. 2. p. 30.*

(h) Vnde etiam ex auctoribus allegatis quidam iura contractuum retulerunt ad iura communia ciuium Romanorum.



iura hæc alicubi non habet, v. g. peregrinus nec pro libero quis sit habendus, etiam si illis iuribus gaudeat. (i)

§. LVII.

Deinde sunt etiam quædam monenda circa positiones de matrimoniis, contractibus & testamentis hominum propriorum. Contrahunt quidem matrimonia homines proprii, verum non qua serui, nec qualiberi, sed qua Christiani. Inde seruorum infidelium apud nos non est matrimonium. (k)

§. LVIII.

Contractus hominum propriorum quod attinet, vereor, ne & hic multa præsupponantur, quæ dubia & incerta sunt. Præsupponunt enim eiusmodi contractus quod homines proprii aliquid proprii habeant, de quo contrahant, quod alii affirmant, alii negant. (l) *Qui*  
dissensus

(i) Adde cap. 1. §. 15. seq. & hoc capite §. 37.

(k) Huc pertinet ex iure Canonico *t. 1. d. coniug. seruorum*. Illud quidem in quæstionibus de coniugio hominum propriorum primario esse respiciendum concedo, inter protestantes tamen, quatenus receptum est, aut saluis principis doctrinæ protestantium receptum esse debebat. Vnde facile iudicari poterit, ea quæ Meuius de coniugio hominum propriorum inuitis Dominis contracto differit *d. qu. 2. n. 150. seq.* hinc inde varias emendationes mereri. Conf. & B. Strykium *in vs. mod. ad vit. de stat. hom. §. 6.* ubi dissentit a Meuius, sed hic dissensus facile tolli potest si consideres, quomodo Meuius *d. n. 150.* ad oppositum *cap. 1. x. de coniug. serv.* respondeat.

(l) Vide Mev. *qu. 1. n. 34. seq.* B. Stryk. *d. l. §. 7.*



diffensus forte tolli potest inter homines proprios in superiore & inferiore Germania. Rationem differentiae alii quaerunt in eo, quod in inferiore Germania, v. g. Pomerania & Ducatu Megapolitano magis heriliter tractentur homines proprii, ob Slauorum ingenium, infidum semper & promptum ad rebellionem, vt necessarium visum fuerit, acerbior e eos seruitute constringi. At liberiores eos esse in Hassia & Sueuia. (m) Forte & illa ratio afferri posset, quod in superiore Germania vna cum Academicis citius coeperint homines proprii comparari cum colonis Romanorum. (n)

## §. LIX.

Eadem obseruatio repetenda est in quaestione de testamentis hominum propriorum. Adde, quod Germania ante receptum ius ciuile testamenta ignorauerit. Ergo verius est, homines proprios secundum communes Germaniae mores non posse testari. Neque satis probatum est, introducta in Germania testamenti factione, eam etiam extensam esse ad homines proprios, in primis, dum iure Romano regulariter serui testamentum condere non possint. Si ergo homines proprii testamenti factionem non habent moribus Germaniae, nec

G

iure

(m) Hertius sect. 2. §. 2. Conf. Arnif. *de Rep.* l. 1. c. 3. sect. 9. n. 3.

(n) Dn. Praef. *de hom. propr.* §. 87. 88.



iure Romano, quo iure itaque haberent, nisi ex errore Pragmaticorum. (o)

§. LX.

Hoc certum est, de prædiis ipsis homines proprios non posse testamenta condere, quia spectant ad Dominum. Imo & de reliquis reculis Dominus præcipuum aufert. Nihil ergo vel parum restat, de quo testari possint, (p) & si restaret, valeret saltem ex voluntate Dominorum, quales analogæ testamenti factiones etiam Romanis non erant plane incognitæ, ut apud quos etiam servus publicus & Prætoris olim pro parte dimidia testamenti factionem habebat, & tamen propterea non fiebat liber. (q)

§. LXI.

Et quamvis de sævitia Domini homines proprii possint conqueri, non magis tamen propterea ad homines liberos referri merentur, aut ius standi in iudicio  
in

(o) Vnde iam facile responderi potest dissentienti Mevio, *qu. 1. n. 37.* Conf. B. Stryk *d. l. §. 8.*

(p) Stamm. *lib. 3. c. 17. n. 8.* refert statutum, quod alicubi possint testamentum condere, saltem intuitu hominum suæ conditionis.

(q) Vid. Vlpian. *in fragm. de testamentis tit. 20. §. ult.* ibique Simon Leewius.



in genere iis tribui poterit, ac serui Romani, quibus etiam in causa scēuitiæ succurrebant leges. (r)

§. LXII.

Porro homines proprii, vti omnes si casati sunt, sunt agricolæ, ita Gasindi etiam varia officia apud Germanos sustinebant, sed vilia atque cum officiis seruorum Romanorum comparanda. Erant enim serui bubulci, carpentarii, custodes equorum, ferrarii, molinarii &c. (s)

§. LXIII.

Et hi ministeriales serui, qui hodie famuli vocantur, apud Germanos mancipiis æquiparabantur, & seculo adhuc 13. & 14. in multis documentis liberis hominibus opponerantur, vnde & hi reuera fuere serui & homines proprii, & adhuc hodie sunt, vbi dantur homines proprii. (t)

G 2

§. LXIV.

(r) §. 2. *instit. de his, qui sui non alii iuris sunt.* Conf. B. Stryk, *ibid.* § 3.

(s) Hertius *sect. 1. §. 2.* in notis circa finem. Conf. *supra* §. 14.

(t) Dacius *de pace publica lib. 1. c. 14. n. 112. f. 110.* & *latius Autor der Lindauischen Ausführung lit. vv. vv. 1. fol. 189. seq.*



## §. LXIV.

Postquam vero confusio aut non genuina interpretatio iuris Romani, cum moribus Germanorum ex glebæ adscriptis & hominibus propriis fecit liberos homines, non mirandum, quod & ex reliquis, qui operas præstant in ipsa familia domini, liberos effecerit; imprimis, cum quotidiana multiplicatio luxus, quæ etiam pauperes multiplicat, & deficiens augmentatio hominum priorum introduxerit necessitatem conducendi operas pauperum pro certa mercede annua, vel etiam breuioris temporis: Inde in locis, ubi rustici non habentur amplius pro hominibus propriis, ipsi rustici, multo magis famuli seu serui ministeriales, pro liberis hominibus haberi solent, & in genere famuli in urbibus maiori libertate gaudent, quam in pagis. (u)

## §. LXV.

---

(u) Nam in pagis adhuc Dominus seu Nobilis tractat suos famulos ut reliquos rusticos, & per sua iudicia, quæ per mox dicenda nihil aliud sunt, quam iudicia domestica, æque punit. At in urbibus, nisi Dominus sit valde potens, famuli Dominos coram Magistratu conveniunt, etiam durante seruitio, & Domini, si vel tantillum excedant modos consuetos coercendi, puniuntur; sed hoc pacto id effectum fuit, ut in urbibus exigam reverentiam communiter exhibeant famuli Dominis. Causa huius rei potissima est adscribenda opinioni Ictorum nostrorum, quasi controversiæ servorum nostrorum sint definiendæ ex iure Romano, & quasi coloni Romanorum fuerint homines liberi.



§. LXV.

Etsi enim Stammius aliique peculiaribus dissertationibus iura famulorum hodiernorum voluerint certis assertionibus includere, praxis tamen ipsa & mores ostendunt, iura circa famulos & seruos mercenarios in Germania pro diuersitate prouinciarum æque variare ac iura circa homines proprios.

§. LXVI.

Id tamen non diffitendum, intempestiuam curam, leges Romanas antiquas cum nouioribus de agricolis & glebæ adscriptitiis confundendi, easque cum moribus patriis miscendi, famulos seu seruos mercenarios in multis urbibus potestati domesticæ patrumfamilias fere plane exemisse, ac deteriorem fecisse sæpe conditionem Dominorum, quam famulorum.

§. LXVII.

Contra, quod rusticos nostros attinet, etsi illi in multis locis pro seruis seu hominibus propriis amplius non habeantur, non ita multum tamen Dominis de potestate hic decessit, sed nomina saltem sunt mutata. Ipse enim nobilis vel prædii nobilis possessor reuera Dominus est, etsi vocetur iudex vel magistratus.



Rustici ferui sunt, etsi vocentur subditi; potestas, qua nobilis in rusticos utitur, est potestas domestica, etsi vocetur iurisdictio.

§. LXVIII.

Dato enim vno absurdo plura secuta sunt. Iurisditionem patrimoniam ignorant (w) leges Romanae; ignorauit olim tota Germania. Sed ut defendi posset, rusticos esse liberos homines, fingenda fuit iurisdictio patrimonialis, qui nihil aliud est, quam iurisdictio in homines, qui sunt in patrimonio nostro, seu iurisdictio in seruos. (x)

§. LXIX.

Eaque a potestate domestica parum in ipsa praxi differt, nisi, quod nobilis, vbi rustici vocantur liberi, non

(w) Non confundenda tamen est iurisdictio hæc patrimonialis cum superioritate territoriali.

(x) Vnde iurisdictio Magistratus vrbici in suos ciues nequam patrimonialis est. Plura dicentur suo loco, de vsu practico tituli pandectarum de iurisditione.



non ex tempore determinet lites eorum, sed ad speciem iudiciorum ritus quosdam adhibeat, eosque diiudicet per hominem, qui in Academiis, vbi ius Romanum docetur, aliquot. annis vixit, & inde præsumtionem attulit, quasi ius Romanum melius intelligat, quam ipse nobilis.

§. LXX.

Quam liberi vero sint & habeantur, aut esse possint rustici aut famuli in superiore Germania, & quantum etiam gloriari soleant interpretes, quod Germania ignoret seruitutem, si tamen quis solidius rem ipsam serueretur, quam inanitatem terminorum, deprehendet, conditionem seruorum Romanorum in multis capitibus meliorem fuisse conditione famulorum nostrorum, & omnium hominum liberorum vilioris & plebeie conditionis. (y)

§. LXXI.

- 
- (y) Conf. disput. D. Præsid. Historico-Politico - iuridicam 6. vbi tamen secundum hic dicta quædam sunt emendanda, quæ de rusticis ibi dicta sunt.



§. LXXI.

Denique etfi durior fit conditio rusticorum, quam famulorum in vrbibus, in eo tamen rustici ab hominibus propriis differunt, quod etfi rustici Domino præstent operas rusticas, vti homines proprii, reliqua tamen iura circa homines proprios supra recensita in iis non habeant locum. (z)

---

(z) Vide supra §. 53.

F I N I S.





194  
93  
2871  
179.10

6078









15

AVGVRALIS;

ACTICO  
ONISHOMI-  
S ET SERVOS,

wie man Greye  
terscheiden soll.

DE  
IOMASIO, ICto,  
CONSILIARIO INTIMO, VNI-  
RECTORE AC PROFESSO-  
RIDICÆ ORDINARIO, h. t.

NTIA,  
Priuilegia Doctoralia legitime  
di  
MAIORI,  
*horis ante & pomeridianis*  
mini submiserac  
er PORTZEN,  
nfs.

DEBYRGICÆ  
MPHERI, ACAD. TYPOGR.

(7)



V  
D  
M

R

DN  
POTEM  
VER

Summe

F

CTE

